



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

9. Dies Augusti. Semper illi gratias agere studeamus, à quo gratia gratis datur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

æternæ Charitati, quidquid tibi in mundo est charum, à quo habes, quidquid tibi est charum. Et muneris illius metri:

Pondus curarum facit hic, qui dat mihi charum.

9. DIES AUGUSTI.

Semper illi gratias agere studeamus, à quo gratia gratis datur. *Sanctus Augustinus de verb. Dom. Serm. 8.*

Dei in I.
nos be-
neficia.

Quidquid accipimus à Deo, est gratia; quia datur gratis; unde omnis nostra respiratio deberet esse continua gratiarum actio. Si ignoras Dei beneficia, accipe hic eorum Catalogum, quo omnia rediguntur in fasciculum. Anima, creatione, Dei imago est; Redemptione, Dei ancilla est; Justificatione, Dei filia est; Adoptione, Dei hæres est; in habitatione, Dei Templum est, dilectione, Dei amica est; desponsatione, Dei sponsa est; adhæsiōe ad Deum, unus cum eo spiritus est, infusione gratiæ, Divinæ consors naturæ est; sanctitate, Dei paradus est, cui delitiæ sunt, et cum filiis hominum. Hæc tanta beneficiorum cumulatæ congeries quid aliud clamat, quàm trina illa verba: *Accipe: Redde: Cave.* Accipe, Beneficium. Redde, obsequium, Cave, supplicium. Beneficium, quod tibi in rebus omnibus conditis exhibet; Obsequium, quod ei, qui dedit tibi omnia, infinitis titulis debes; Supplicium, quod ut ingratus incurris, Deum agnoscens, nec ei gratias agens. Oportet ergo, Deum sine intermissione laudare, (a) *In prosperis*, (ait Augustinus)

(a) *Sup. illud To, in die repleatur.*

nus) *quia consolaris, in adversis, quia corrigis: antequam essem quia fecisti me: cum essem, quia salutem dedisti: cum peccassem, quia ignovisti; cum conversus essem, quia adjuvisti; cum perseverassem, quia coronasti.*

II. Tu interim, è nihilo à Deo conditus, tot tantisque ejus donis cumulatus; à tot malis aut liberatus, aut conservatus, adeò fuisti ingratus, ut offendere Conditorum, negligere Benefactorem, spernere Servatorem non dubitaveris. Tu, inter ferventes, tepidus; inter humiles, superbus; inter abstinentes intemperans; inter sanctos, profanus; inter mansuetos, iracundus; inter quietos, turbulentus; inter bonos malus: Et quo bono? non jam Gratiae, & Gloriam, sed vel naturae dignus es? quo verò malo dignus non es? singula Dei beneficia sunt totidem amoris ejus obsolescentes, & pignora, & ubi inter tantos amores, tuus amor? Quis non stupeat ingenium Divinae Bonitatis, ut omnium sit unum beneficium, & unius sint omnia beneficia? ut privata sint communia, & communia sint privata? Omnia Naturae Opera; omnia mirabilia Gratiae; omnes Beati, imò & damnati, beneficia tua sunt: omnes prosperitates, & calamitates, quibus mundus involvitur, Dei sunt munera; quibus te donat, ornat, amat. O homo insignite, nimis ingratus! Nonne toto amoris impetu Deum diligeres? si te peccata jam sempiternae reum, in lethali noxa mortuum, ad sempiterna non damnaret supplicia; sed alium aliquem hominem te, & Gratiae donis meliorem, & Naturae dotibus praestantiorum procrearet, ut perennes tartari cruciatus pro te reo pateretur?

III. Plus tibi praestitit Deus. Plures voluit addicere aeternis inferorum suppliciis; nec illorum voluit misere-

mise-

misereri, uti ita, tu salutem consequeris. Si enim, si
visses pauciores perire, minus timuisses te periturum
& sic minus timendo, periisses; si unus, aut alter tan-
tum periret, fors admodum nihil timuisses, & tuum
paucorum exitium, tibi ademisset metum, & contem-
nisset interitum: itaque, tot hominum exitium, tuum
est beneficium. Quod si in aliis malum poenae, tuum
est bonum; multo magis bona aliena, erunt benefe-
cia tua. Hoc unicum est solatium humanæ vitæ inter
miserias? quod nihil possit fieri, nisi à Deo; & quia
quid facit Deus, aut fieri permittit, non potest non
esse beneficium, juxta naturam Bonitatis ejus: & quod
quodcumque beneficium confertur, à Deo confertur,
& quidquid à Deo confertur, illud est benefe-
cium tuum, factum tibi. Dolores corporis, miseria
vitæ, morbi, pestis, fames, bella, aquarum eluvies, om-
nia sunt tua beneficia: quia Deus propter tuum bo-
num, alios affligit tot malis. O Deus! quantum debet
Deo? qui ut tu pauper, cælesti aliquo afflatu permo-
vereris ad quid boni, non dubitat ipsos terrarum Do-
minos, & Monarchas interficere: nec curat tot ho-
minum strages, & urbium elades, imò & Regno-
rum excidia ut tu inde à scelere resipiscas, ad frugem
redeas. Pluris æstimat aliquem ex hara bubulcum,
aut è trivio homunculum corde contritum boni
quidpiam cogitare, quàm vitam & coronata aliquod
Regum capita, ac totas subinde gentes. Imò tam po-
potenter tibi Deus benefacit, ut ex ipsis peccatis tam
tuis, quàm alienis boni aliquid eliciat, & quem non
istud ad amorem ejus alliciat? sicuti per universam
Ecclesiam ob commemorationem magni alicujus
Christo collati beneficii instituitur dies festus: ut lo-

carnat

Augustus
carnatio
libet Dei
festus. A
Sic cor

Altiſſima
Curtin
Affabi-
litas.

dam ergo
ter circa
totum an-
tem vitan-
tum ad co-
det ita at-
que homi-
ceant. Ne
hilaritate
barbaris
ſuſcit. H
vel in po-
apice, ut
occupan-
ut moner
nimo tor-
guetes,
homines
liatos ob

[a] L.

Augustus.

Tessera.

621

car nationis, Nativitatis, &c. sic quotidie ob quodlibet Dei beneficium, deberet esse in corde quasi dies festus. Ad hoc nos hortatur Poëta :

Sit cordis festum, panem meminisse comestum.

10. DIES AUGUSTI.

Altissima quæque flumina, minimo sono labuntur.

Curtius l. 7.

Affabi-
litas.

I.

Pertexo telam Virtutum Mora-
lium, quas inter nulla est, quæ
tantas animis ad alliciendum ha-
bet præstigias, quàm comis quæ-
dam erga omnes Affabilitas. Hæc potissimum versa-
tur circa congressiones, & convictum; hoc est, circa
eorum ambitum actionum, ad humanam, & socie-
tatem vitam, ac conversationem spectantium: præser-
tim ad colloquia cum aliis: quæ homo affabilis stu-
det ita attemperare, ut proximo grata sint, & talia,
quæ hominem in civili vita degentem, non dede-
ceant. Necesse quoque ad eam est, præcurrere animi
hilaritatem. Nam, ut dixit Sidonius: (a) *Quidam
barbarismus est morum, sermo secundus, & animus af-
fabilis.* Hæc Affabilitas potissimum convenit iis, qui,
vel in potestatis culmine, ut præsent: vel in dignitatis
apice, ut imperent, sunt constituti. Ille igitur, qui alta
occupant fastigia, imitentur altissima flumina, quæ,
ut monet Tessera, *minimo sono labuntur.* Sic & illi, mi-
nimo tono loquuntur, sint Magnates, tanquam ma-
gnetes, qui comi aff. bilitate omnes etiam ferreos
homines ad se trahant, tractos, sibi concilient, concili-
atos obligent. Summa sapientia est in aucupe, scire,
quo

[a] L. 9. ep. 3.